



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Psalmvs Sextvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Ad uictoriam in organo super octauam psalmus Dauid.

De uictoria & organo dictum est psalmo quarto, Octaua uero mysticam
significatione multi exquisitissime tractauerunt, quos suo sensu abundasse per-
mutamus, & eos qui simpliciter arbitantes octauam fuisse organum seu cytha-
matica siue historica sententia arbitantes octauam fuisse organum seu cytha-
ram ogdochordam, siquidem psal. xxxiij, indicat ad uictoriam caneretur in or-
ganis (de quibus supra psal. iij, ex. j, Paralip. xv, diximus) sed ita, ut proprio in-
strumento ogdochorda, scilicet cithara caneretur, ut octaua sit in titulo addi-
ta designanda speciei gratia. Nec mihi cognitum est, ogdochorda, fuerit ne sum-
ma, media, aut infima cythararum. Psalterium decachordum apparet summum fu-
isse, ut quod in iudicis & festiuis psalmis legamus celebrari. Certum est psal-
mos ad uictoriam, in citharis cani solitos, quas frequenter generali uocabulo
organa uocant psalmorum tituli.

Ogdochorda
cithara.

Non autem est dubitandum, quod hae omnia fuerint figurae futurorum, & octo
uitas chordas non frustra fuisse, tum institutas, tum commendatas, Ego sane
pro mea temeritate non tantum ad octauam resurrectionis futurae diem cum il-
lis curro, sed ad praesens Ecclesiae quoque conditione & affectum quendam sin-
gularem fidelium Christi, non quod & tunc in ueteri testamento non fuerit haec co-
ditio, sed quod non reuelabat. Quare uel animi causa pie meditemur ogdochor-
dam cytharam fuisse summam & principem praeter ceteris insignem: sicut psalterium
decachordum summum fuisse putamus, ideoque eam hoc titulo, adiecto nomi-
ne octaua insignitam. Dicitur enim in principio, psalterium & cytharam
in hoc differre: quod psalterium, quia cavitatem superno ligno habet, resonantiam
desertum reddit: Contra, cithara, infimo ligno caua ab imo sonat. Quibus re-
bus figurentur, duo illa sacramenta, mortis & resurrectionis Christi, in nobis
mortificatio carnis, & uiuificatio spiritus, ut citharae cantus, aliud in ueritatis
reuelatione non sit, quam opus crucis, mortificatio membrorum, destructio cor-
poris peccati, qua sursum ducitur a terrena sua sapientia, ut sapiat ea quae sur-
sum sunt, ubi Christus est. Psalterij uero cantus sit opus spiritus, iustificatio, sa-
lus, pax, & similia quae fide & spe sursum ueniunt. Unde & cytharae proprie psal-
mis ad uictoriam, sicut dictum est, aptantur, quod opus domini, id est, crux Chri-
sti, indigeat exhortatione quo ad finem usque perferatur & uictoriam perse-
uerantia obtineat.

psalterium &
cithara diffe-
runt.

Cythara cara-
nis mortifica-
tio, psalterium
est opus spūs.

Quando autem hoc psalmo, summa illa crucis & mortificationis, extremaque
linea mortis puto, & inferni describitur, non inepte ei summa cithara (id est)
octaua adaptatur. Octonarius autem numerus & celebris & sacer est in sacris
litteris (ut Hieronymus recitat) ex octaua die circūcisionis, & octo animabus
in arca Noe, Dauid quoque octauus & nouissimus filius Iesse dicitur: & Za-
charias Iohannis pater, octaua die recepit loquelam, & similia. Sunt autem octo
numerus solidus, quadratus, pariter par, sex & qualibus lateribus, habet, xxiiij.
triangulos planos, & octo solidos, sicut tessera, quae & ipsa quadrata figura in
sacris litteris usitata est, a Philosophis aequilibritati & stabilitati tributa. Porro
senarius (quo & hic psalmus censetur) est primus numerus perfectus, ut signi-
ficetur solida, stabilis, perfecta, absolutaque ueteris hominis mortificatio huius
M cytharae.

Octonarius
numerus.

Senarij perfe-
ctio.

M cytharae.

citharæ cantu, quæ reuera hoc psalmo describitur. Cur autem non & alijs psalmis eiusdem argumenti, idem titulus præfigatur, uolumus libenter (ut Augustinus uerbo dicam) nescire, quod noluit deus nos scire. Quare hitius psalmi uerba ei conueniunt, qui super octauam canit, hoc est, qui extremis mortis & inani doloribus cruciatur, Quod & ipsa uerba ostendunt, unde, meo iudicio, hic psalmus facit, quod præcedens docuit. Diximus enim illic naturam & uim peccati, qui æstus, qui gemitus, quæ uerba, quæ consilia, hoc psalmo declarant. Proinde generalem putemus esse sententiam & doctrinam psalmi, quæ non modo ipsi Christo, sed cuilibet Christiano hæc patenti competat. Quod si parua & perfectæ charitatis, aptissime in persona defunctorum ab Ecclesia oratur, ut nec aptius quicquam possit. His autem qui hoc affectu laborant & erudiunt, in placabile bellum est cum operarijs iniquitatis, qui operibus nisi & niti docentur, huic mortificationi, perniciosissime resistunt. Non enim nostrum hic, sed solius dei opus agitur, quod sola spe fortissime patiente sustinetur, non autem operibus hominum, aut tollitur, aut consolatur, quin in hoc excessu positus uidetur, & omnis homo sit mendax. Vnde & hic non persecutores, sed operarios iniquitatis, subdolos consolatores acerrime arguit, quæ specie blanda, huic operi dei nominationis, nunquam autem spei, magistris & autores.

Nec putandum est uniuersos Christi fideles huius psalmi cruce uexari. Non enim, omnes omnibus, & si omnes multis & uarijs tribulationibus probantur, sicut in Euangelio, non legimus nisi unam mulierculam Cananeam Syrophœnissam, huius generis quadam passione exerceri: dum Christus, nec ad eius clamorem, nec ad discipulorum intercessionem audire eam uoluit, donec se cæcæ tellis, non filijs, extrema, abnegatione comparari passa est. Cæteris, aut cæcis, aut claudis, aut similibus crassis passionibus & malis, uexatis. Ita & hæc tentatio eorum proprie est, quorum magna est fides, & quale de David dicit, uirorum secundum cor dei electorum. Discenda tamen est, ut si quo tempore nos illa uelut deus probari, parati simus.

Atque cur non tementem (quod a multis tentatum est) pro uarietate passionum cognoscenda, rationem ordinis querere in psalmis præcedentibus? Si quidem uarij psalmi sunt, non nisi uariarum passionum affectus, & consilia.

Primus itaque absolutam imaginem patris uiri, seu populi, breuibus quidem & generalibus, tum uerbis, tum sententijs proponere uidetur, ac prorsus talem, qualem uarij psalmorum affectus ostendunt, scilicet spirituales, qui non nisi lege domini afficiatur, nec ulla, seu prosperitate, seu aduersitate mutetur. Rarus contrariam impiorum imaginem, deinde utrorumque finem, quod deus illos nouerit, hos non nouerit, ideo hos perituros, illos seruandos: ut rectissime idem psalmus uice argumenti in uestibulo poni uideatur, in quo quid toto psalterio agatur, uideri liceat.

Secundus autem docet, caput & autorem patris populi Christum: Deinde locum & regnum eius, ubi, & unde oriatur, & quousque propagetur. Nempè ex Zion in omnes terminos terræ, in uitis, scilicet & frustra renitentibus uniuersis aduersarijs, eadem modum ac mores huius regni, qui sunt, seruire in timore & lætitia, atque paratos esse, fidere & sperare in eum tempore iracundiæ.

Tertio

*Spes in medio
malorum materiam
huius psalmi.*

*Ratio ordinis
omnium psalmo-
rum præceden-
tium, & simul
argumenta eor-
um.*

Tercio, ipse rex & caput populi fidelis inducitur pro exemplo passionis & glorificationis, ne sit dux solo nomine, qui multa iubeat & exigat, nihil uero faciat, sed q̄ populo, cui praefectus est, legitimo ducis & auctoris officio praestat, potens in opere & sermone, incipiens facere & docere.

Quarto iam populus ducem sequens per passiones, primo corporales & heulores inducitur, quibus exerceatur, contemptis rerum copijs & bonis huius uitaē (quae abundantia uini & frumenti significat) ad spem, in qua dormiat in pace. Atque hic crucis primus & infimus est gradus, pro incipientibus & mollioribus descriptus.

Quinto, temporalibus passiones firmatus, obicitur spiritualibus periculosis tentationibus bellisq̄ uerbi. Vbi, cum cogitationibus Satanæ, haereticis, scilicet, peruersisq̄ opinionibus, aduersus puram fidem & spem pugnantibus, atq̄ adeo cum ipsa spiritualissima belua supbia, ex ipsis bonis nata, qua angelus e caelo cecidit, pugnet. Ideo hic uehementioribus & auctioribus affectibus res agitur. Hic solius cordis patiuntur uires & spiritus discutiatur pro ueritate & sinceritate fidei: Qualem in Paulo aduersus ludæos & pseudoapostolos fuisse uidemus affectum.

Hoc sexto tandem extremo & perfecto agone, cum morte & inferno certatur, q̄ certaminis genus, nō cum hominibus, neq̄ super temporalibus, neq̄ spiritualibus generis, sed in spiritu, immo extra & supra spiritum in exaltata illa suprema, ubi nemo audit, uidet, sentit, nisi spiritus, q̄ gemitibus inenarrabilibus postulat p̄ sanctis, ac cum ipso quodammodo deo certat, neq̄ nomen potest huic dari, nec nisi experto cognita fieri. De qua iam uideamus.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

Quaeritur est, an aliud ira q̄ furor, aliud arguere q̄ corrumpere sit. Et notū est alijs quoq̄ locis, argui & castigari simul cōponi, ut Apost. iij. Ego quos amo, arguo, & castigo: ut hic sit ultimum corripas, id quod castiges siue disciplinas. Qui uolet tautologiam esse, abūdet suo sensu. Nos interim sic distinguamus: Argui & corripas differunt. Qui argui sit reprehendi; corripas, sit reprehensum percuti. Quae ex usu hominum accipimus, ubi reus, primum accusatur & reprehendit, deinde sententia data, plectitur. Sic & pueri ubi peccauerint, primum arguuntur, deinde uerberantur. Reprehensio autem ista cordis in spiritu, est pavor ille & horror conscientiae a facie iudicij dei. Qua Christus pro nobis laborauit in horto: sicut de eo Isa. liij. praedixerat: Laborauit anima eius, & cum ipse cepisset redere & pauere, ait: Tristis est anima mea, usq̄ ad mortem. Hic enim, omni fiducia exuta, non nisi horribiliter rea sibi inuenit anima, & sola coram aeterno, iratoq̄ dei tribunali constituta. De quo Job. ix. Si repente interroget, quis respondebit ei: obmutescit enim, non secus atq̄ ille contiuus Euāgelicus Matt. xxij. qui de ueste nuptiali interrogatus, obmutuit. Tum illud q̄ ibidem sequitur: Ligatis illi manibus & pedibus, p̄ncipite in tenebras exteriores: exprimit, quod hic dicit, in ira corripas. Reprehensa enim conscientia & conuicta, mox nō sentit aliud q̄ aeternam sibi intentari dānationē. Nec est ullus q̄ hunc affectū (q̄ nec inferiores) summum intelligat, nisi q̄ gustauerit: Ideoq̄ nec digne possumus eū tractare. Passus est eum praeter ceteros Job, & quidē crebro. Inde Dauid, & Ezechias rex. Isa. xxxvii. & pauci alij. Deniq̄ Theologus ille germanicus, Ioan. Taulerus, non raro germ. Theol.

non raro eius meminit in suis sermonibus. Hac mihi uideatur tentatio illa quae
Christus praedixit Lucae. xxj. Vbi inter caetera nouissimi temporis mala, pe-
tores etiam numerat de caelo, quibus fiet ut arefiant homines, praeter quos
expectatione, quae superuenient uniuerso orbi, ut periculosissimo & pessimo
tempore pessima quoque & periculosissima regnet tribulatio. Sed & tam
multos talia passos & ignaros consilij, ueros esse ad infantiam, auaritia
due tabescere, tristari, & consummi. Hac quidam patrum in eremo laborant.
Timor dei (inquit) etiam ossa consummit.

Nemo hic nobis ogganniat, nec crasso cerebro suo praesumat se medium de-
stinctorum prestare inter seruilem timorem & charitatem. Non capit hoc
opus dei, ulla intelligentiae magnitudine, tenebrae super faciem abyssi hic sunt,
simul sunt seruilissimus timor & fuga poenarum, & ardentissima charitas. Sicut
Christus psal. cxlj. Perijt fuga a me, & non est qui regat animam meam. Laxa
charitas incomprehensibili profunditate, apparet seruilis timor intolerabilis.
Spiritus fertur sup aquas, & gemitus inenarrabilis solus est reliquus. Denique
quid faciat haec tribulatio, ex indicij colligitur, quae psal. denumerat,

Primo, depraeatur iram & furorem dei, quod non faceret, nisi sensisset iram
& furorem eius, non enim recusat argui, & castigari, sed hoc fieri petit in misericor-
cordia. Sicut psal. xxv. Proba me dñe, & tenta me, ure renes meos, & cor meum.
Et psal. cxxxvij. Proba me dñe, & scito cor meum, interroga me, & cognosce
semitas meas. Unde hoc uersu manifeste duplicem uirgam dei docet, aliam mi-
sericordiae, aliam irae. Sic Hieremiae. v. Corripe me domine, uerumtamen in tu-
dicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Et lob. vij. Quare
me posuisti cotrarium tibi? Quid est homo, quod magnificas eum? aut quid ap-
ponis erga eum, cor tuum? Ista tribulatio in scripturis uocatur etiam dies uis-
tationis, & inspectiois, quae solo aspectu suo intolerabili deus discernet impios,
Sicut Abacuk. xiiij. Aspexit, & dissoluit gentes, & contritum sunt montes secull-
scutum patorem, fugamque Aegyptiorum, & mox
cui aeternaliter duratura, quam nemo regere, nemo fugere potest, nisi misericor-
diam dei spe apprehendat, in Christo Iesu domino nostro.

Docet autem nos psalmus, si quis hoc malo angustatus fuerit, non nisi ad ipsum
confugiat dominum iratum. Verum hoc arduissimum & laboriosissimum est,
atque omnino est sperare contra spem, planeque contra impossibilia niti, quantum
sentit affectus, ubi agitur pugna illa miserima, quam rex Ezechias de seipso
recitat, Isa. xxxvij. Domine (inquit) uim patior, responde pro me. Rursus mox
uelut repulsam sentiens, subiungit: Quid dicam? aut quid respondebit michi, cum
ipse fecerit? Quasi diceret illud lob. ix. Et cum inuocarem me exaudierit, non
credo, quod audierit uocem meam. Adeo scilicet hic uariant, spes & desperatio ul-
cissim, ut si etiam exaudiantur inuocantes a deo, tamen id non sentiunt, ut ne
uocem quidem eorum, auditam putent. Quare & hic psalmus dum dicit, in fu-
rore tuo, utique consistetur, ab ipso deo fieri quae patitur, ut possit dicere: Quid di-
cam? quid respondebit pro me? nunquid exaudiet? nunquid prodest, si orem
quando certus sum, quod ipsemet haec facit? Quare, qui in leuitoribus tentationi-
bus, non didicerunt confugere ad percutientem se (id est, ad deum) sicut in
Prophetis locupletissime scribitur esse faciendum, cum ipse omnia faciat, quo
modo in hac maxima pressura, ad eum confugient, ubi maxime sentitur deus
ipsemet facere? Proinde aliae omnes tentationes sunt huius perfectissima, ue-
lut rudimenta & praeludia, in quibus affuecamus, ad deum contra deum con-
fugere.

Virga duplex
dei, misericor-
diae, & irae.

Inspectio dei
sola, disceruit
atus impij.

Ad deum contra
deum fugere.

Agor. Atq; ex hoc loco, sumpta mihi sunt, quæ de pœnis animarum in purgatorio aliquando disputavi, q; purgatorium mihi uideretur esse, uelut quædam prope desperatio, & prope infernus, a quibus animæ neque modis suffragi, neq; indulgentijs possint redimi, nisi oratione Ecclesiæ, siue his purgentur ac perficiantur in charitate, siue satisfaciant pro peccatis, quod ego nescio. Nam neq; uiuentem talia patientem possint ullæ indulgentiæ iuuare, sed sola spes, & intercessio fidelium.

Hoc autem sciendum, q; talia passis, huius psalmi doctrina diligentissime seruanda est, ut non euagentur, non querulentur, nō quarant solatia hominum, sed apud se consistant, manum dei ferant, & cum Propheta nusq; conuertantur, nisi ad dominū, dicentes: Domine ne in furore tuo arguas me. Qua prudentia nisi præsent (ut uolunt huius rei mystæ) summo suo damno, e manu dei me collidatur, donec penitus inutile fiat, aut proijci mereat tanq; reprobum. Hoc Tren. iij. Hieremias pulchre & late docet inter cætera, dicens: Pars mea dominus dixit anima mea, propterea expectabo eum. Bonus dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum, bonum est prætolari cum silentio salutare dei. Bonum uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quoniam leuabit se super se, ponet in puluere os suum, si forte sit spes, id est, absconder faciem suam, & conuersationem subtrahet, quasi sepultus in puluere cum mortuis. Quo affectu & illud psal. exliij. dicitur: Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. In hoc silentio & hac solitudine, perficitur hæc purgatio. Sicut & psal. lxxiij. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenebræ, & dixi: Quis dabit mihi pœnas, & uolabo, & requiescam? Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectaui eum qui me saluum fecit a putredine: tamen idem est in sensu.

Manus dei ferenda, non ab ea elabendum.

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Secundo, imbecillum se constituitur, scilicet destitutum uiribus, ut quæ ferre nequeant insustentabilem illam reprehensionem & correptionem iræ dei. q. d. Terror iræ tuæ uiosior est, q; ut ferre possim, & nisi gratiam uirtutis tuæ præbeas, desperatus funditus pereō. Sic Iob. xj. Deus cuius iræ nemo resistere potest, sub quo curuatur, qui portant orbem. Et Moses psalmo. lxxxix. Quis uirtutem (id est, uim & impetum) iræ tuæ, & præ timore tuo, iram tuam? Et affectus magnitudinem ostēdit toties repetitum nomen domini: Miserere domine, sana domine, usque quo domine. Ita enim faciūt & ij, qui leuioribus tentationibus præmuntur, ut adiutorium & nomen dei iterent corde & ore. Volunt autem uerbum, Miserere, pprie significare hoc loco, nō remissionem peccatorum (quod uerbo clemenciæ aliquoties significatur, seu miseratoris, ut psal. ex. Misericors & miserator) sed gratiā, seu, uirtutem q; roboratur anima, ut apte concinat nomini infirmus, seu, impotens sum: Impotentia enī uirtute iuuat. Talis itaq; est huius tentationis natura, quæ ppriissime istis uerbis describitur.

M iij scribitur,

scribitur, sed nō nisi experto cognoscitur (ut dixi.) Imbecilitatē autem spiritus non carnis hac particula tangit, id est, q̄ nec spes, nec charitas, immo nec fides satis sit ad ferendum, nisi roborentur.

Quid sit ossa conturbari.

Tertio, etiam ossa conturbata dicit, & ideo sanari petit. Quis uero intelligit quid sit ossa cōturbari: nō enim de corporali ossium turbatione loquitur, ubi uel febre uel alia ægritudine turbantur. Atq̄ hæc inexperientia, etiā illustribus patribus causa fuit, ut ossa intelligerēt uirtutes animæ quorū sententiā non dānt. Sed uirtutes animæ (siue sint uires, ut intellectus, uoluntas, ratio, memoria, simplicitas sub infirmitate. Nam gratia pprie (quam uerbo Misere postulat) cor & uires eius stabilit cōtra infirmitatem illā spiritualem: in spiritu enī loquitur. Quare ossa hoc loco debēt sc̄m grammaticam pprie accipi, pro ossibus spiritibus corporalibus in carne nostra, quæ ex infirmitate & turbatione ista spiritus, turbantur ut tremant, nulliusq̄ uirtutis sint, deniq̄ nec ossa iā sint, nec corpus ipsum ferre possint. Sic Isaiæ. xxxviiij. Sicut leo cōtriuuit omnia ossa mea, Nam, hoc est, qd̄ & in morientibus aliqñ uidemus: ubi tremfit quidā & horribiliter distendūtur præ angustia & agonia: Ibi enī deus operatur hæc tribulationem, ubi iam homo ad solatia humana currere non potest, cogiturq̄ tum purgantis

Quatenus peccatum occidendum.

ut deum super oīa diligamus, & inæstimabili desiderio eius ardeamus, & actiones istæ terrenæ, quas peccatum operatur, incomparabiliter minores sūt, q̄ nunc sit hoc desiderium quærentis deum, id est, gratiam & misericordiam eius. Hoc est quod dicunt, oportere deum tantum, & plus diligi, q̄ dileximus creaturas, qd̄ qui ad mortem usq̄ distulerint efficere, hanc magnam cogentur pati purgationem. Non autē diligitur deus, nec desiderat tam magno ardore, nisi tam magna premat̄ homo tribulatione, quæ cogat clamore cordis ualido eum quærere & inuocare: Præsertim, si sit uitij profunde immerus, & legis fuit mortificator carnis suæ, tãto enim durior erit hæc mortificatio, quãto uiuatiorem reddiderint affectum, qui mortificandus est, multiplicatæ peccatorum operationes. Atq̄ sperādum, q̄ qui in uita has mortes & infernos tulerint, in morte miti⁹ habituros. Absurda forte & inaudita hęc loquor, præsertim ijs qui indulgentijs, aut literis, aut operibus sibi facilē præsumūt introitum ad deum. Ego uero, ut hanc meā sententiam demonstrare nō possūm, si quis uerbis his prophetæ nō credit: Ita ego ppter eos a uerbis prophetæ nō recedā. Vnusq̄q̄ in suo sensu abundet. Ego scio qd̄ loquar, ipsi quoq̄ uiderint, an sciāt, quid loquantur. Hoc certum est, neminē peruerturum ad dei misericordiam, nisi eam uehemētissime esuriat & sitiāt, cum illo qui ait: Quæ admodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea, ad te deus. Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte. Et illud: Sitiuit in te anima mea, in terra deserta inuita

Vehementer desideranda dei bonitas.

Fastidiosis nō dabitur beatitudo.

& in aquosa, sic in sancto apparui tibi. Nemo speret saturam, aut fastidientem animā deo repleri, q̄ esuriētes solūmodo implet bonis, quãto minus æternam uitam largietur fastidiosis, immo præ hac uita cōtempnentibus, sed ardētissime & ineffabili gemitu quærentibus, petentibus, pullantibus. Quod quia in uita non faceremus, præsertim quieta, posuit nobis mortē, & uarias tribulationes, qbus pressi cogamur, quærere misericordiam & uitam, sicut Iob dicit: Vitam & misericordiā tribuisti mihi, & uisitatio tua custodiuit spiritum meum.

Certum est itaq̄, passis hæc tribulationē ossa corporis ita cōturbari, ut ossium officij implere nō possint. Sicut ecōtra, uidemus, ubi cor fuerit exultabundū, & gaudij

Et quia perfusum, ossa uelut roborari, ac ad salidū, secumq; grauissimam, uelut carnem leuandam prompta fieri, nihilq; non posse portare. Ita ut grauissimam sentiantur diffundi per ossa, uelut irrigatio quædam. Sicut Prover. iij. dicit: Et irrigatio ossium tuorum. Quin & poeta dicit: Gelidus per ossa currit tremor. Adeo affectiones animi in corpus redūdant. Recte ergo sana mens domine dicit: quod etiam corpore tam æger sit, ut ossa non subsistant, tanta est uis ista tribulationis, nō permittens uel angulum in omnibus uiribus, quem non perturbet & conterat. Atq; hæc est summa purgatio peccati, pœnitentia, & satisfactio plenissima. summa purgatio peccati.

Et anima mea turbata est ualde.

Quarto, animam turbam queritur, hoc est, inferiorem partem, uitam, scilicet, sensitiuam. Nam turbato spiritu, & ossibus, nullus sensus, nō tristis quoq; redditur, ut iam nihil reliquum sit in spiritu, corpore, anima, quod nō sit amarissima tristitia, & pauore occupatum. Anima enī sentit mortis impetum, qui maxime sensum contristat, sicut spiritus, sentit infernum, qui est intolerabilis. Quod autem mortis & inferni sensus sit in hac turbatione, sequētia ostēdent. Interim sciēdum: qd̄ positus in hac turbatiōe, nihil est in creatura tā iucūdam, quod uisum possit, uel pilo recreare, nihil tam dulce, qd̄ aures mulcere, nullus gustandi, edendi, bibēdi, tangēdi, olfaciēdi affectus, quin omnia amarissima sunt. Est uero mors undiq; quicquid aspexerint, & senserint. Inter uitā & mortem miserime distenditur, mortem exhorrent, uitam nō habent. Notum autem esse cuius credo, quod anima & spiritus, usu scripturæ differunt: licet Philosophi, sua sentent. Nam ex Apostolo. ij. Thessa. ult. habemus ita: Ipse autem deus pacis, sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester, & anima & corpus, sine querela, in aduentū domini nostri Iesu Christi seruetur. In quam rem multa Origenes & Hieronymus in uarijs locis. Per omnia dixit Apostolus, id est, ut seipsum exponit, per spiritum, per animam, per corpus. Sed & ex Euangelijs habemus: Ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex omnibus uiribus. De quibus nunc, non est locus plura dicēdi. Anima & spiritus differunt.

Et tu domine usquequo.

Hic alij subintelligunt uerbum, scilicet usquequo nō eripis, nō emendas. Quos inuauit p̄nomen, Tu, Et tu dñe usquequo. Quo affectu & psal. xij. dicit: Usquequo dñe obliuisceris me in finem? usquequo auertis faciem tuā a me? Quamdiu ponam cōsilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem: Vbi non solū petit maturari auxilium, sed etiā uelut impatiens moræ, queritur dilationis grauitatem, siquidem cū in omni affectu, timoris, amoris, spei, odij &c. sit dura & grauis mora, sicut Prover. xij. dicit: Spes quæ differtur, affligit animam. In hoc mortis & inferni affectu est oium grauissima. Hic enī uerum est quod dicitur, longiorem esse unam horam in purgatorio, q̄ multos annos in hoc seculo. Breuiter nec fert humana natura hanc tribulationē durare, uel modo dico tempore, neq; totā capit, sed gustat solum stillas eius aliquot. Sic ediuerso dicitur de ijs qui celestem affectum rapti patiūtur, q̄ uix guttam percipiūt, cum uita ista, non ferat diuitias uoluptatis illius uitæ. Quod si præualeat affectus uer, aut differatur, animam mox egredi putant, nisi miraculum sublit uirtutis dei. Quare his uerbis: Et tu dñe usquequo: insigni nota gemitum indicat illum ineffabilem intimi spiritus hæc patientis. Hora una purgatorii, longior multis anni.

Conuertere domine & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

Iterum indicat hoc uersu, animam suam esse perditam, sc̄q̄ damnatum (ita enim sentit in hora excessus huius) dū petit ut eripiat, scilicet a morte uertente, & saluetur ab inferno iam aperto ore deglutiente. Sicut pro animabus legimus: Libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadāt in obscurum. Et psalmo, ix. dicit: Qui exaltas me, de portis mortis. Et Ezechias: Ego dixi

Eruditur spes
hominis peccatoris.

(inquit) uadam ad portas inferi. Et pulchre uim spei ostendit, dum ante oculos suos non nisi misericordiam dei habet, dicens: Propter misericordiam tuam, q. d. Non propter merita mea, quæ q̄ nulla sint, satis & nimio p̄bar terror iste iræ tuæ, & conturbatio cordis ossium, & animæ meæ, ideo propter misericordiā tuam salua, ut stes tibi gloria & laus misericordiæ tuæ, in mea salute in æternū, quia & si ego sim indignus, qui eripiar & saluer, tu tñ dignus es, qui lauderis, glorificeris, amaris in secula. At laudari nō poteris, nec misericordia tua glorificatur, nisi sint quos eripias a morte, & salues ab inferno. Sic in orōne Manasses regis iuda: Quia indignum saluabis me, sc̄d̄m magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper, oibus diebus uitæ meæ, qm̄ te laudat omnis uirtus cœlorū. Ecce hac arte reddit deus misericordiam suam nobis commēdatissimam, dulcissimam, suspiratissimam: sicut dignum est eam (cum sit æterna & tantæ maiestatis) cōmendari, dum nobis intentat malum, quod meruimus. Quibus uero mala hæc nō intentat, sed finit ire insensatos, quid mirū si uilis & fastidiosus sit misericordia dei, nauseentq̄ super hoc manna cœlesti: Perit quoq̄ uniuersus hoc examine unoq̄ momento garritus eorum, q̄ actibus cōgruis gratiam, & cōdignis gloriā sibi merentur, qui operibus iusticiæ suæ se ad iudiciū hoc dei intolerabile sustinēdum parant incredibili furore. Ideo acerrimo animo eos in sine adortus, apostrophe robur stissima inuadit: Discedite (inquit) a me omnes operati iniquitatis, ut uidebitis. Stat sententia: Saluum me fac, p̄pter misericordiam tuā, euanuit iusticia mea, cecidit uirtus mea, periit meritum meū, inuenta est iniquitas mea ad mortē & infernum, beatus & gloriosus ero, si in misericordia tua respirare deē. Atq̄ ita docemur: ut sicut de nobis prorsus nihil præsumere debem⁹, ita nequaq̄ de misericordia dei despare, sed etiā cōtra uim mortis & inferni quātumlibet indigni eam inuocare. Quæ enī peccata: quæ mala tanta sunt, ut despare te cogere debeāt, quādo hic audis, ne a morte quidem, ac inferno, ubi summa peccata & mala esse necesse est, cogi ad desperationem debere quenq̄.

Dū spirat anima, nō desparet corporis exemplo.

Quā nō est in morte q̄ memor sit tui, in inferno aut̄ q̄s cōfitebit̄ tibi?

Hic plane aperit totius psalmi huius affectū, cōfessus se mortē & infernum sensisse. Nec enim hæc loquitur Sophistarū ritu, de re sibi incognita, quodlibet diuinare audentiū, sed experiētiam suā recitat & affectum hūc plane depingit: Saluum me fac (inqt) ut misericordiam tuā prædicē in æternū, nec me in furore tuo isto argue, in quo cū sit mors & infernus, nō est memoria, nec laus tua. Hic enī uerū est illud puer. xvj. Nūcius mortis, ira regis, sic Ezech. lla. xxxviij. Viuens uiuēs ipse cōfitebit̄ tibi, quia nō infernus cōfitebit̄ tibi, neq̄ mors laudabit te, nō expectabunt descendentes in lacum ueritatem tuam. Et psal. cxliij. Non mortui laudabūt te dñe, neq̄ oēs qui descēdunt in infernū, sed & multis alijs locis per Psalterium hunc affectum signatum uidebimus.

Quid

Qualiter in morte & inferno est; Oblivio dei primum, deinde sempiterna infirmitas. Hic enim cura & amor suspensus regnat impetuosissima & concupiscentia sollicitudine: Ideo misericordiam dei, non potest ante oculos suos habere. Quærit enim effugium, & non inuenit, tunc mox inuoluitur odium dei, & odentissimam, cupiens primo alium deum, deinde se non esse. Ac sic blasphemat summam maiestatem, quam optat (ut dixi) summo nisu non esse: & si posset, non esse faceret. Atque ista fuga, & inimicitia dei æterna est: Tunc illud psalmi primi impleretur: Impius sicut puluis uento agitatus, scilicet, fugiens, & non effugiens.

In inferno & morte quid sit

Sed hic obtrepat quispiam, quid ergo dicit usitato uerbo, In inferno nulla est redemptio, quæ tantum contingere poena inferni, nisi damnatis. Respondeo, quod hoc uerbum in sacris literis non memini me legisse: tamen desumptum uidetur ex hoc uersu huius psalmi, cum alijs plerisque locis scripturæ. Male autem intelligitur a carnalibus istis & omnibus nobis inexpertis Theologis, quasi ideo nullus infernum gustet, quia nulla sit redemptio in inferno, cum eadem ratione, nec Paulum gustasse coelestia diceremus, quia beatitudo amitti non potest, nec peccatum sentiri, quia dimissum est in baptismo. Igitur uerum est præsertim hac agonia, aliud non uideri nisi infernum, nec ullam apparere redemptionem, æterna omnia putatur esse, quæ sentiuntur. Ira non enim mortalis hominis aliquando finienda, sed æterni dei nunquam finienda hic sentiuntur. In tuo (inquit) furore, ne arguas me, in furore hominis temporalis temporaliter argui parum est. Tam & omnia aguntur quæ in inferno, non multum abest odium & blasphemia dei, nisi quæ fortis ut mors dilectio, & dura sicut infernus amulatio, hic tandem in laude dei præualeat, alioquin amor, cum odio, spes cum desperatione, misericordia cum ira, laus cum blasphemia, perseverantia cum fuga, breuiter coelum cum inferno durissime, acerrime, exquiritissime pugnat, incredibili cruciatu animæ. Verum quid perdimus uerba, cum tamen nihil possimus omnibus uerbis consequi, quam iudicium huius tribulationis: intellectum & sensum non dat, nisi ipse affectus & experientia, quibus unicuique nostrum, si non est insensatus, cor & conscientia sua, his auditis, dicitur, esse non nihil quod his uerbis significetur, nondum cognitum, formidabile tamen cognitum.

In inferno nulla est redemptio.

Furore quasi infernalis.

Laborauit in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

Hic uersus potest ordinari dupliciter: aut, ut uerbum, laborauit, seorsum absolute accipiatur, aut, ut cum in gemitu meo copuletur. Posteriores ordinem, & si usitatissimus est, hac uice omittimus priore seruato, in quo & Tautologia aptius mihi quadrare uidetur, ut sit, in gemitu, seu suspirio lauare lectum, idem quod in lachrymis rigari stratum, gemitum cum lachrymis, lauare cum rigari, sicut lectum cum strato conferendo.

In hebreo habetur: Natate faciam lectum meum, & liquefaciam stratum meum. Merito quaritur, unde tantum ulli hominum lachrymarum? Augustinus sequitur more suo mystica, sequuntur eum & alij multi. Nos autem lectum & stratum omnino ad uim grammaticam accipimus, in quo requiescit corpus per noctem, usum hominum, Et lachrymas atque gemitum. Per Hyperbolen intelligimus lauare & rigare lectum, non enim unquam aut usquam auditum est, aliquem sanctorum tot fuisse lachrymas, uel una nocte, nedum per singulas noctes: Vt lectum rigaret, nedum natate faceret.

Verum

Hyperbole ad
litera, no est
hyperbole ad
spiritum.

Verum hyperbolen sic accipiemus, ut ad opus lachrymarum tantum
ris aptetur. Caeterum cum uerba spiritus, spiritu sint ponderanda, nullatenus
hyperbole, si affectum hanc patientis consideres, qui non quantum potest
quantum uelit & optet, ostendit. Sicut de Maria Magdalena dicitur: *pa-*
eam fuisse non scdm uires suas locutam, quando ad hortulanum, dixisti
stulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollam. Omnia enim possibilia crederentur
speranti, amanti praesumuntur. Itaq; cum sit deus spirituum ponderator, non
autem operum, scrutetur non facies operum, sed renes & corda hominum
ne pyperbole, immo uero corde hic dicit, se lectum suum loturum suspensum
lachrymis: quod & si non potest, quia tamen tam ardens est uotum, ut uel
iam coram deo factum reputatur. Proinde recte fecerimus, si in operatio no-
do legamus: O utinam tantum mihi esset lachrymarum, quo per singulas no-
ctes lectum meum natate facerem. Sicut Hieremia, ix. Quis dabit capiti meo
aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interio-
ctos filiae populi mei?

Gravitas pe-
narum purga-
torij.

Testis est ergo & hic uersus q̄ horrendus sit ille Agon mortis & inferni, q̄
optat impossibilia facere, quo liberetur ab eo. Et hinc non difficile credo illo-
rum relationibus, qui scribunt animas seu uiuentes, seu iam defunctas, aliquo-
ties se fuisse confessas, malle in hac uita usque ad diem iudicij ferre maximam
penarum huius uitae, q̄ breui tempore in purgatorio pati: uehementer enim
consonant cum huius uersus sententia. Sed & Ezech. lla, xxxviii, confitetur
se totam uitam malle agere in amaritudine, q̄ has portas inferi sustinere: *Re-*
cogitabo, inquit, tibi, seu (ut melius hebraice dicit,) Promouebo ad te omnes
annos meos in amaritudine animae meae. Totam uitam optat amarissimam,
modo liceat hunc furorem & iram euadere.

Pugna anime
peccata plang-
gentis.

Ecid firmat quoq; Tautologia, qua supra diximus esse firmitatis indicium,
qua serium suum maximum signat affectus iste. Vide ergo quot indicijs pro-
dat hanc miserrimae pugnae crucem, q̄ eligat omne malum mundi sustinere,
qui tot sibi lachrymis plorandum decernit. Quid huic in mundo reliquum est
in quo possit delectari? Nonne hic perfectissime est mortificatus carne, qui
adeo uiuere spiritu proponit & elegit, ut non in mensa, non in labore, non in
die, non in opere in quo alij forte plorarent, sed in lecto & strato, & in nocte,
ubi caeteri omnes requiescere solent, & fatigati recreari, statuit sibi tantum ne-
gotij, & eius inauditi, ut pleret lachrymis usq; dum nater in eis? Possunt for-
tassis hi, qui aliquando in periculo subito mortis fuerunt, huius uersus uim ali-
quantam sentire. Verum in legitimo agone mortis & inferni, hoc uotum &
studium facile exigitur ab homine, facile & ipse proponit & facit, si potest, pa-
ratus multo maiora promittere & facere.

Laborauit (inquit:) aptissimum uerbum ad negotium praesens, quo signifi-
cat anxium & in magna difficultate sese fuisse. Ita enim & lsaia, liij, accipitur
pro eo q̄ laborauit anima eius, id est, uehementer anxia fuit, sicut ait: Tristis
est anima mea usq; ad mortem. Hic, inq̄, labor cogit, ut tam ardua & grandia
sit promptus tum facere, tum pati. Beati ergo qui lugent, quoniam ipsi conso-
labuntur, qui seiplos affligunt, plorant, & humiliant, ne hanc afflictionem ter-
re cogantur. Caetera relinquimus usui & experientiae.

Turbatus est a furore oculus meus, inueteraui inter omnes
inimicos meos.

Reuchlin

Rodit in sic, uermi nauit ex iracundia species mea, uolens translatiue uer-
 mitate esse quod corrodit, sicut uestis a tineâ corroditur, uastat, & perditur,
 Est autem idem sensus cum nostro, uult enim propheta dicere: Huius agonis
 cum esse uim, ut immutet totum hominis aspectum, nec mirum, cum cõlumat
 & ossa & sanguinem, ideo pallidum ac deformẽ fieri se dicit hac tribulatione,
 Nam & quilibet tristitia tandem deformat habitum & uultũ hominis, uerũ
 quod alix efficit paulatim, hec ista accelerat breui, nimio tristitiæ impetu. Le-
 gimus multos magna tristitia repente canos esse factos, quãtomagis hac ago-
 nis tabescere & ueterascent homines. Simile psal, xxxvii. Amoue a me pla-
 gas tuas, a fortitudine manus tuæ, ego defeci. In increpationibus propter ini-
 quitatem contempsisti hominẽ, & tabescere fecisti sicut araneã animã eius. Heb.
 Quasi tineaam posuisti desiderabilia eius, id est, faciem, seu speciem eius, quod
 hic dicit, uermi nauit, siue tinea uis species mea. Facies em̄, est id secundũ quod
 homo desiderabilis est, deniq; eadem uerba psal, xxx. ponunt: Conturbatus
 est in ira oculus meus, quæ hoc uersu.

Igitur oculus pro aspectu & specie accipit, siquidem & hebræis eadẽ dictio,
 & oculum & specie significat, ut sit sensus: Turbatus est oculus meus, id est,
 toto habitu repente immutor, deformisq; reddor: Hoc facit ira, nõ mea, sed ab
 soluta, id est, ipsa tribulatio mortis & inferni. Sic & Apostolus sapius appellat
 absolute iram, mortem, & infernum, ut Ro. viii. Quanto magis reconciliati,
 salui erimus ab ira per ipsum.

Idem est quod sequit: Inueterati inter omnes inimicos meos. Melius heb.
 in omnibus tribulantibus me, quod est dicere: Vndiq; mihi angustia, omnia
 me tribulant, omnis creatura mihi aduersat, non est quo fugiam, ideo sic anxi-
 anus in ueterasco ante diem, mutato uniuerso aspectu meo.

Indicat & hic uersus aliã uim huius miserix, quæ est q̄ pauefactus ac cõterri-
 tus a furore dei, simul nullus creaturæ habet solatiũ, sed quicquid aspexerit ad-
 uersatur sibi. Creatura enim cum creatore suo agit: Præsertim quãdo ipsa con-
 scientia p̄pria ab eo dissentit. Ideo undiq; ira, oia tribulant, ubiq; inimici. Hoc
 indicat quod non simpliciter dicit, inter inimicos meos, sed inter omnes ini-
 micos, id est, inter eos qui sunt oēs inimici, qui sum in eo loco; in quo nullus
 meũ sentit. Sic Job, ix. Nemo audebit pro me testimoniũ dicere.

Ego autem his tribulationibus uexatum Dauid eo deuenisse credo, q̄ circa
 finem uitæ multum debilitatus fuit, & ita infrigidatus, ut multis opertus uesti-
 bus non calefieret. Sicut scribitur, in Regum, j. Nam, ut dixi, iste furor omnia
 consumit & tabescere facit. Ita habemus horribilem hanc tentationem suis si-
 gnis, affectibus, consilijs descriptam. Nunc sequitur cõsolatio & reductus ille
 a morte & inferno.

David unde
 i sine uite de
 bilitatus di-
 catur.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exau-
 diuit dominus uocem fletus mei.

Rogo cur p̄ter ceteros solos operatores iniquitatis tam indignanter repel-
 lit dicitur enim psal, v. Poete autem, significare religionem inobedientia, iu-
 stitiam propriam, idolatriam spiritualem operantes, Deinde a se discedere iu-
 bet, cum de eis nihil hucusq; questus sit, sed tantum de furore domini. Quid
 impijs operarijs cum furore domini præsertim cum tales, & securissimi &
 omnia contraria de deo præsumentes, q̄ hoc psalmo questus est, nihil ei po-
 tuerunt

tuerūt in hac tentatione exhibere negotij. Atq; ne quid dedit absurdum
discedere iubet, quia dominus exaudiuerit uocem fletus eius. Num quid
illi operarij hoc egerunt, ne dominus eū exaudiret? Dicimus ergo,

In affectibus totus laborat, ijsq; arduissimis, ideo nō quare, sed quid faciat
tum loquitur. Ita enim uidemus eos, qui alio quo rapti uehementi affectu, sicut
loquunt, uelut insanire & aliena loqui, dum' nescimus, qua causa loquantur.
Ingrediamur ergo affectum uerborum istorum. Hoc sere obseruati uideri
Psalteriū, ut quoties in exstasi insigni locutus fuerit propheta, statim subin
gat apostrophē ad aduersarios, indignationis, aut querimoniz plenā, ut
Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego
xi in excessu meo, omnis homo mēdax. Et psal. xxxvii. cum dixisset: Et
scere fecisti sicut arenam eius, statim addit: Veruntamē uanitas omnis homo
Sed & in humanis rebus ita fieri uidemus, ut oppositorum sit eadē discipula,
& locus hic communis plurimū in omnibus ualeat; ubi si quis re cognita uer
tatem apprehendat, mox feratur uel indignans uel querulans in eos, qui con
traria uel sapiunt, uel docent. Exemplum eximium beati Augustini libet
traria uel sapiunt, uel docent. Exemplum eximium beati Augustini libet
confess. in expositione psalmi quarti, quo impetu feratur in Manicheos in
exponendum psalmum, & artis sit, sic propolita docere, ut simul contraria ru
fellas, & in aduersarios excurras. Nam quomodo possumus & nos continere,
si quando rectam & ueram pietatem doceamus, quin inuehamur simul in con
monijstas & subdolos operarios uerbi, indignatiq; q; uel hac nō sciant, uel con
traria nos aliquando docuerint?

*Excursuum
Martini rō.*

*In subdolos
operarios
uerbi.*

Ita & hic cum exstasi hac insigni eruditus esset, in solam dei misericordiam
confidere, nullamq; iustitiam sufficere: Sciret autem q; hī, qui hac tentatio
ne non erudiuntur, stulta & impia sub pietatis specie doceant & faciāt: quāq;
sint in his rebus, si contingāt, imperiti, alioquin omnes homines mūdi docere
prompti (ita enim ferme solet hoc hominum genus insipientissime sapiēs, &
sapiētissime insipientes) cæci cæcorū duces, semper discētes, & nunq; ad scienti
tiam ueritatis peruenientes. Deinde quod summū est malorum, in docibiles,
imperuasiuabiles, incorrigibiles sunt. Quin sicut lamres & Mares Mosi rebb
terūt, ita & ipsi his, qui hanc sanam scientiam adepti sunt usutam magni certa
minis, sine fine & impudenti resistunt temeritate, quibus pius homo tribulā
super tribulationem. Ideo zelo charitatis, quo cupit omnibus ueritatem, sibi
notam, fieri communem, erroremq; contrariū traduci, inuehitur iustissime in
dignans: Discedite a me omnes operarij iniquitatis &c. Deniq; uix erit psal.
in quo huius tentationis describitur querela, in quo nō simul hos impios ope
rarios arguat & accuset, ut uidebimus.

Affectus ergo merus est, q; eos discedere ideo iubet, quia dñs exaudierit eū.
Quid enim hac causa uelit ex superioribus relinquit intelligendum, uidelet,
q; propter solam misericordiam suam deus saluos facit clamantes ad se, apud
quem nullus iustus, & (ut Moses Exo. dicit) nullus innocens per se inuenitur.
Quæ cū ita sint, & id toto psalmo declarat, recte infert se nolle eos agnoscere,
qui contraria sapiunt & docēt, sibi satis esse hoc nosse, q; dominus exaudit uo
cem fletus sui &c. Huc & illud Matt. vii. pertinet, quod dicitur est dominus
ijs, qui in nomine eius prophetauerunt, & uirtutes eius fecerunt: Discedite a
me omnes operarij iniquitatis, q; uidelicet in generali sententiā huius psalmi,
uersum accipit contra omnes qui in seipsos confidunt, & non in puram mise
ricordiam eius.

Exaudiuit

Exauduit dñs deprecationē meā, dñs orationē meam suscepit.

Generaliter dixerat: Exauditam uocem fletus sui, nūc in specie definit, quā uocatus fuerit. Et obserua, q̄ & hic nomē domini iterat tribus uicibus, domi-
nus exauduit, dñs exauduit, dñs suscepit, ad significandum affectum fiducia
& confirmandam spem, contra aduersarios quibus insultat.

Hic uero deprecatio in hebræo dictio quæ proprie significat misericordiz,
sed gratia impetrationē, ut respondeat uerbo superiori: Misere mei dñe, & se-
quenabus, ubi diximus implorari gratiam & uirtutem, Oratio uero in depre-
candō malo, ut respondeat illi: Domine ne in furore &c, Nisi quis dixerit affe-
ctus erigendi & firmandi causa hæc ingeminari.

Sunt aut hæc uerba spei exercentis & exhortantis conscientiam, ac iam præ-
uolentis, sicut præcedentiã fuere uerba spei patientis, & laborantis ac pene
succumbentis: In quibus uidemus nō doceri, sed geri, ea quæ psal. v. docta sūt

non in uerbu illo: Lætabunt omnes qui sperant in te.
Ipsa enim uerba satis arguunt animi eius habitum & affectum, q̄ uidelicet
magno nisu ob oculos sibi ponit diuinam misericordiam, quam opponat pec-
cati, mortis, & inferni turbulentis figuris. Cum enim in spe & spiritu eum lo-
qui certum sit, necdum coram deo, præsentē uisione positum, certum simul est

spe saluum factum, spe dei gratiam consecutum, spe se consolati, hæc uniuersa
sonare quo abigat malorum illorum molestissimam turbā. Atq; hoc est quod
repetitionibus tot sibi inculcat dei clementiam, uelut magnis & fortibus icti-
bus aduersaria persequens, & potentibus sermonibus suam infirmitatem ad
spem exhortans. Ita enim (hoc magistro) agendum est, tristitia aut peccato
uexante conscientiam, non stertendum, non cedendum: Nec hoc expectan-
dum, donec sua sponte recedat tribulatio, aut donec res ipsa cōsolationis præ-
senter appareat: hæc omnia perditionis sunt negotia, sed fortiter contendē-
dum, ingeminandū, & omni studio nitendum, quo bonam opinionē, de deo
erga nos stabiliamus, sicut psalmo, xxxi. fecit: Tu aut domine susceptor meus

es, gloria mea, & exaltans caput meū. Et psal. xxxix. tibi similem tribulationem
questus, de deo sibi firmat optimam opinionem dicēs: Quoniã ira in indigna
tionē eius, & uita in uoluntate eius. Hoc est, deus noster non uult mortem &
infernam, sed uitam & salutem. Sicut & psal. xxxi. Tu es refugium meū a tri-
bulationē, quæ circūde dit me. Deniq; in omnibus psalmis, ubi hæc, uel similis
passio deploratur, mox subiūgitur formatio spei & bonæ cogitationis de deo.

Iuxta illud Sapientiz, i. Sentite de domino in bonitate. Nisi enim hæc cogitatio
& fiducia conscientia surgat, uincet tribulatio, & non erit qui eripiat. Multo
autem labore formatur, non tamen nisi per uerbu dei & Ihesum Christum. Sic
& hic, cum utiq; nesciret suū fletum esse exauditum, tamen plena cogitatione
sibi hanc opinionem concipit & firmat, repetens & contendens, ita ut & ad
uersarios quoq; inuadat, certus q̄ sicut de deo præsumitur, ita & habet. Qua-
lis spes, talis res, uere enim & hic opinionibus homo regitur, sed opinionibus
dei (id est, de deo) siue bonis, siue malis.

spem nobis
dei miseri-
cordia firm-
amus.

Spes difficile
formatur.

Sicut de deo
præsumitur,
ita & habet
tur, hō opinio-
nibus regitur

Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei, con-
uertantur & erubescant ualde uelociter.

N Possit hic

Possent hic uersus de persecutoribus forte intelligi, quia inimicos suos non
 nat, sed ut præcedentibus cohæreant hæc nouissima, intelligamus non alios
 micos eius, quæ ipsos poele auen, operarios iniquitatis. Diximus enim in
 psalmo simul in eos ferri spiritum prophetici, ubi tribulatio ista defecit
 perpetuum sit (sicut dixi) cum his impijs bellum & exercitium, qui hæc
 humilitatē, & gratiæ dei commendationem, non modo non audiunt, sed et
 persequuntur: sicut dicit psal. cvij. Et persecutus est hominem in opem, & meo
 dicum, & compunctum corde mortificare. Et. lxxij. Super dolorem iustorum
 meorum addiderunt. Horū est (sicut amiconū lob) priorum hominum tribu-
 tiones a deo iuste inflictas iactare, & pro deo cōtra illos stare, deumq; eis
 alienum esse factum pronuntiare. Ipsi interim securissimi de deo quasi iudic-
 um dei, ipsi effugere possint.

Quando ergo his impijs omnia narrant, sicut fabula surdo, nec possunt
 telligere, præ sensu carnis suæ inflati, ea quæ spiritus sunt, optat propheta con-
 pendium, & subitam iniquitatis eorū subuersionem, quæ est, si & ipsi hoc ge-
 nere tentationis apprehendant, sentiant iram dei, mortis & inferni turbatio-
 nem, sicut & Hier. xvij. orat: Confundant illi, & non cōfundar ego, pauca
 illi, & non pauca ego, Et ibidem: Non sis mihi tu formidini, spes mea tu in
 die afflictionis. Et psal. ix. Conuertant peccatores in infernū, omnes gentes,
 quæ obliuiscunt deum, Et constitue domine legislatorem super eos, ut scia-
 gentes, quoniam homines sunt, (id est, uani & mendaces). Lex enim iræ ope-
 ratur, Ro. iij. Quia reuelat peccatum, quo confundit conscientia, quæ con-
 sa perturbatur ab ira & morte, quam lege indicante, uidet se meruisse. Hic em
 excessus subito & uehementer conuertit, confundit, perturbatq; superbos, re-
 digens eos in nihilum, cogitq; posito iustitiæ supercilio, misericordiæ dei quæ-
 rere, nisi enim & ipsi hoc affectu quoq; experientia propria probati fuerint, fru-
 stra legunt, audiunt, faciunt omnia. Vexatio enim (ut Iudas, xxvij. dicit) sola
 dat intellectum auditui, id est, uerbum dei fit intelligibile insensatis, si bene ue-
 xati fuerint passionibus. *Crux Christi, unica est eruditio uerborum dei, Theo-*
logia sincerissima.

Potest autem uehementer & ualde uelociter intelligi bifariam, ut, uel refe-
 rantur ad tempus, uel, ad tentationis genus. Temporis significatio hæc est, ut
 non diu differantur, sed cito uexentur, quo citius ab iniquitate conuersi, mis-
 ricordiam litiant: sed tentationis genus est, ut non leui aliqua tribulentur pas-
 sione, sed huius summæ & maximæ turbine, cuius uis & natura est, esse ue-
 hementissimam, ideo uehementissime humiliat, & ad gratiam erudit. Quan-
 do quidem operarios iniquitatis, adeo reddit obstinatos ac præfractos, sua tum
 sapientia, tum iustitia, ut si leuioribus aliquando pulsantur tentationibus, sine
 timore gloriantur, & ipsi in tribulationibus, quasi ueri & sinceri martyres,
 adeo pertinaciter æmulantur lupi isti rapaces, uestimenta ouium. Ita quibus
 percutiuntur, ut emendentur, his ipsi indurantur, & in sua impietate confirmā-
 tur. Verum ante faciem huius frigoris non sustinent, si peccatorum cōfusione
 & furore dei conturbentur. Hæc enim est turbatio quæ subuertit securos im-
 pios, in qua nō perseuerāt, nisi sincera corda, timore dei & spe recte instituta.
 Quare ut impossibilis est hæc iræ dei sustentatio, ita incredulus & insensatis ue-
 hementer necessaria, & sola potens ac sufficiens eos humiliare. Tali Paulus de
 celo tactus est, cū esset plenus securissimo impetu zelidei, mox luce circum-
 fusus ac tremens, dixit: Domine, quid uis me facere, Act. ix. Hic illud agitur
 Hieremie

*Crux Christi
 eruditio nos-
 tra.*

Hebraei. xxiij. Nunquid uerba mea sunt sicut ignis, & sicut malleus con-
terens petram. Et psal. xx. Pones eos ut clibanum ignis, in tempore uultus tui,
et aperietis in ira tua. Iste enim clibanus & deuorabit eos ignis. Nō hæc diceret, nisi
confidentias, a solo uultu & respectu diuini iudicij.

Comparat autem hoc uersu, aut potius alijs uerbis exponit furorem & iram
domini. Argui enim in furore, aliud non est, q̄ erubescere, confundi & ream
inueniri corā externo iudicio dei, coram hoc iudicio, sicut dicit psal. cxlij. Non
hæc hominis non rea conscientia, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis
uicinus. Quid est non iustificari, nisi reum inueniri, & confundi. Et irerum:
Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Ideo optat illis insensatis, ut
hæc conuertantur, & confundantur, qui in seipsis securi adhuc gloriantur. In-
ueniatur (inquit) manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat om-
nes qui te oderunt. Et rursum: Imple facies eorum ignominia, & quærent no-
men tuum domine. Hoc enim differunt (ut sapius dixi) Impij, a pijs, q̄ utriq̄
sunt quidem mendaces, & non iustificantur coram deo, suntq̄ uanitas uani
tati: Sed pijs hæc tribulatio in sui noticiam conuertit, quæ cognita a iudicij fu-
rore ad misericordiam confugiunt, & salui fiunt. Sicut Prouerb. xij. Verte im-
pios & non erunt. Quod aliqui sic accipiunt, uerte, scilicet in sui cognitione,
& humiliati iam impij esse desinent adepta gratia: At ubi uersi non fuerint, sui
noticiam non habent, ideo nec gratiam quaerunt, manentes in uanitate, men-
dacio, iniquitate sua.

Porro corripit in ira, aliud non est, q̄ conturbari (ut dicit) uehemēter, inten-
tari scilicet mortem, & infernum, & cum hæc ira in breui & subito exarserit, quid sit.
(ut psal. ij, dictum est) beati omnes qui confidunt in eo, Hoc enim impij non
faciunt: Nam & eodem psalmo hæc duo mala ostendit, ubi dicit: Tunc loque-
tur ad eos in ira sua (id est, arguet & reprehendet) & in furore suo conturbabit
eos (id est, corripiet). Et, i, Reg. ij. Dominū formidabunt aduersarij eius, & su-
per ipsos in caelis tonabit. Et multa similia in scripturis describitur, q̄ super
impios prædicatur, ut illi humiliati consoletur & exalcentur: Hi uero humi-
liati affligantur & deprimantur. Et sic uult omnes homines saluos fieri, & ne-
minem perire.

Est autem in hoc uersu hebraeis pulchra quædam allusio duorum uerborum,
conuertantur & erubescant, quam latinitas non retinuit, illic enim per metha-
thesin literarum יבשו יבשו Iasobu, Iasobu, dicitur. Repetit autē Iasobu, eru-
bescant, affectus uehementia, optans ut quæ ipse patitur, uertantur ad aduer-
sarios, quo & ipsi desinant superbire, & humiliatos persequi. Sicut psal. liij.
Auerte mala inimicis meis. Et Prouerb. xj. Iustus de angustia liberatus est, &
tradetur impius pro eo. Et psal. xxxj. Multa flagella impio, sperantem autem
in domino, misericordia circundabit. Quo modo oratur & psal. lxxviii. ut a se
cedat ira ad impios dicens: Vt que ego domine irasceris in finem, accendat ue-
stra ignis zelus tuus: Effunde iram tuam super gentes quæ te non nouerūt, (ut
noscant) & super regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt, ut & ipsa
discant se egere gloria tua, & inuocare nomē tuum. Ita & hoc psalmo orat, ne
furore domini corripatur, corripantur autē illi, qui non inuocant dominum,
N ij nec timent

Argui in furo
re dei quid sit

Differunt ima-
pij a pijs.

Corripit in ira
quid sit.

*Inimici piori
potissimū.* nec timent furōrem eius. Dicitur enim; inimicos piorum esse eos, qui iniquitatis operarij uocantur; autores male securi cordis, & infidei & spei in deū, pro qua perpetuo cum illis negotium habent, non habent si & ipsi aliquando simili tribulatione cribrentur. Quod si quis per operam iniquitatis & inimicos uolet intelligere demones, qui in hac hora materiter instant, & ad desperationē urgent, tum ob oculos ponunt opera bona si quis fecisset, non haberet quo desperaret, ut desperationē per praesumptionem, & praesumptionem per desperationē stabiliat, ac interim his iniquis formis animā occupent, nē uera pietate fidei & spei deum colat, propter misericordiam suam. Si quis in quā ita uelit intelligere, non resisto. Nā demones uere sunt callidissimi incitatores animarum ad inobedientiam sub specie obsequitiae, quādo proprium est eis se transfigurare in angelum lucis, tum maxime, quā minime oportet, id est, in tribulatione. Ego autē credo contra hoīes, Prophetam loqui (ut dixi) uerā pietatis inimicos, quos pigeat, ipsum uel audisse, uel nosse, quod plurimos sua insipientia secum trahunt in foueam.

PSALMVS SEPTIMVS.

Ignorātia Dauid quā cecinit dño sup uerbis Aethiopsis filij Lemini.

A multis sudatum super hoc psalmo, quisnam scopus eius sit quem titulus indicet, & adhuc sub iudice lis est. Sequemur interim Burgen, qui mihi proprius ad rem uidei accedere, qui, non de Saule, sed de Semei ipsum intelligendū ita dicat. Quod ut capiamus uerba historix ex libro secundo Regū, ceteram. Ita enim scribit capite. xvj. cum Dauid fugeret a facie Absalom filij sui. Venit ergo rex Dauid usque ad Bahurim. Et ecce egrediebatur inde uir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebat egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid, & contra uniuersos seruos regis Dauid. Ita autē loquebatur Semei, cum malediceret regi: Egredere, egredere, uir sanguinum, & uir Belial, reddidit tibi dominus uniuersum regnum in manu Absalom filij tui, & ecce premunt te mala tua, quoniam uir sanguinum es. Cum autem seruus Dauid uellent illum occidere, dixit Dauid: dimittite eum, ut maledicat, dominus enim praecepit ei, ut malediceret Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quare iam meā, quā magis hic filius Lemini, maledicet mihi.

Patet ergo filium Lemini uocari Semeiam, hunc maledicū, licet & ipse Saul filius Lemini dicatur. i. Reg. ix. Quia de eadem cognatione fuerunt, ut dictum est. Simul habemus uerba, super quibus hunc psalmum cecinit, nempe maledicta Semei, quibus ei falsa crimina impexit grauissimum & importunissimum calumniator. Non enim de Saule legimus talia uerba quae in Dauid euomisset, quare de insigni uerborum iniuria necesse est loquatur, quae hoc loco recitatur, & hoc textus ipse psalmi dabit.

*Candidus &
niger quomō
accipiendā.* Reliquum est, cur appellet eum magis Cusch, quod Aethiopem significat. Omnibus fere placet metaphoram esse, quae nigredo infamiam sustinet, magis, ut & poeta: Hic niger est, hunc, tu Romane, caueto. Sicut eōtra candidum dicimus, qui syncerus & integer est, & candor animi, qui sine litore sit, ut uulgo quoque prouerbia sonant. Volunt ergo de industria nomen eius, a Dauid omittum,